(C.) :In nomine sanctae et individuę trinitatis. Heinricus divina favente clementia tertius Romanorum imperator augustus.: Notum sit omnibus Christi nostrique fidelibus tam futuris quam pręsentibus, qualiter nos pro remedio animę nostrę et per interventum fidelium nostrorum Hartwigi[a]) Magdeburgensis[b]) archiepiscopi, Cǒnradi[c]) Tragectensis[d]) episcopi, Bennonis Misinensis episcopi, laicorum vero Wicberti, Hemmonis, Werinheri, quicquid quidam miles marchionis Heinrici nomine Cós in beneficium habuit in burcwardo Nimucowa, insuper villam unam Wiscani vocitatam, sitam prope fluvium Gana[e]) in regione Thalaminci, in comitatu vero Heinrici marchionis, :M:isinensi[f]) ęcclesię in proprium tradidimus — —

:Signum domini Heinrici tertii Romanorum imperatoris augusti.: (M.)

:Humbertus cancellarius vice Rǒthardi archicancellarii recognovi.: (SJD.)

Data est .XVI. kal. mart.[g]) anno ab incarnatione domini millesimo nonogesimo, indictione .XI., anno autem domini Heinrici

regni quidem .XXX. VI., imperii vero .VII.; actum Spirę; in Christi nomine feliciter[h]) amen.

166.

Kaiser Heinrich IV. eignet der Stiftskirche zu Meißen sechs Dörfer, eins in dem Gau Nisani, im Burgwart Wosice, fünf im Gau Milce, von denen vier im Burgwart Schizani gelegen sind.

Mantua, 1091 Mai 17.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 35.
Gedr.: Cod. dipl. Sax. reg. II. 1,41. Stumpf 2909.
Anm.: Vergl. Einl. 111 Anm. 163, 192 Anm. 159, 193 Anm. 166. S. A. 206 Anm. 163, 357 Anm. 159, 360 Anm. 166. In dorso: preceptum de schizani *(Saec. XII.).*

(C.) :In nomine sanctae et individuę trinitatis. Heinricus favente dei[a]) clementia tercius Romanorum imperator augustus.: Notum sit omnibus Christi fidelibus[b]) tam futuris quam presentibus, qualiter nos pro remedio animae nostrae et per interventum fidelium nostrorum Cunradi regis dilecti filii nostri, Lietmari Bremensis archiepiscopi, Reinheri Vercellensis episcopi, Erpfonis Monasteriensis episcopi, Cunradi Tragectensis episcopi sex villas, unam in provincia Nisani in burgwardo Wosice, quę vocatur Mocozice, quinque in regione Milce, quatuor ex his in burgwardo Schizani, quintam Posarice vocitatam Misinensi aecclesiae in proprium tradidimus — —

:Signum domini Heinrici tertii Romanorum imperatoris augusti.: (M.)[c])

:Humbertus cancellarius vice Ruthardi archicancellarii recognovi.: (SJFR.)[d])

Data est XVI. kal. iun.[e]) anno ab incarnatione domini millesimo[f]) nonogesimo .I., indictione XII., anno autem domini Heinrici

regni quidem XXX. VI., inperii[g]) vero .VII.; actum Mantue; in Christi nomine feliciter amen[h]).

165. *a)* HaRTWIGI. *b)* MAGDEBURGENSIS. *c)* CǑNRADI. *d)* TRAGECTENSIS. *e)* GANA. *f)* :m:ISINENSI. *g)* kl. mar̄. *h)* feli^ci^ter.

166. *a)* dī *ist mit dunklerer Tinte nachgetragen.* *b) Vor* fidelibus *ist der Buchstabe* p *wegradirt.* *c) Das Monogramm ist durchlöchert.* *d) Breßlau, Heinrich IV. 5.* *e)* kl iun̄. *f)* mill. *g)* inů^pii^ *h)* AωEN.